

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio I
cum fonte primo

Cor meum quando futurum non curat
gaudium,

implicat amore terrestrium, cumque
illis inuoluitur,
uanitas recipit, curiositas deducit,
uoluptas inficit, cupiditas afficit,
luxuria inquinat, torquet inuidia,
cruciat tristitia, turbat iracundia;
sicque miseris casibus,
uiciis omnibus
et quasi

per multa mens dispergitur,

querit
nec inuenit ubi requiescere possit.

Bernardus in quodam sermone.

Ita cor meum dum futurum non curat
gaudium,
nec diuinum quaerit auxilium,
ab amore coelestium elongatur, et in
amore terrestrium occupatur. Cumque
elabatur ab illis, et involuitur in istis,
uanitas illud recipit, curiositas deducit,
cupiditas allicit, uoluptas seducit,
luxuria polluit, torquet inuidia,
turbat iracundia, cruciat tristitia;
sicque miseris casibus
submergitur omnibus uitiis,
quoniam unum Deum, qui ei sufficere
poterat, dimisit.
Per multa dispergitur,
et huc illucque
quaerit
ubi requiescere possit, et nihil inuenit
quod ei sufficiat, donec ad ipsum redeat.

Auctor incertus (Bernardus
Claraeuallensis?), *Meditationes piissimae
de cognitione humanae conditionis*, 9,
23-24 (PL 184, col.499C-D).